



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Turdus. Suis artibus elusus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

ratur docet  
Tenedius  
in naviga-  
tione Pro-  
pontiada.

maca, incantationesque comparantur, uno vocabulo Jynxas Græci vocavere. Hinc apud Theocritum intercalare illud, Pharmaceutria, *ἰνυζ ἔλακε ποτῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα ἢ ἀνδρῶν.* Scribit Pindarus, Venerem Jynga cœlitus attulisse, quam Jafoni daret, carmenque docuisse, quibus Medeam in amorem alliceret.

VEHEMENS. CUPIDITAS. CAP. LII.

Idem Pindarus hieroglyphicè locutus *ἰνυζὶ δ' ἔλακεται ἡ πορὶ* dixit, vehementem cupiditatem significare volens, ut ejus interpretes exponunt. Jynx enim, ut interpretantur illi, vis illa dicitur, quæ cogitationem nostram ad cupiditatem & amorem trahit. Tradunt nonnulli Pichus eam filiam fuisse, propter persuadendi vim: maxima enim persuadendi vis inest amori, nihilque tam incredibile dici potest, quod amanti non persuadeas. Unde recte Ovid. *Credula res amor est.* Addunt, eam amoris beneficiis incitasse Jovem in amorem Ius. Sedenim Callimachus Echus filiam dicit, & Jovem (tanta eorum temporum vanitas fuit, ne imperitia dicam) ab ea beneficiis coactum, ut secum regem haberet: utcumque, mox ab irata Junone in ejusmodi aviculam transmutatam, beneficiisque amoris construendis damnatam.

DE CAPRIMULGO.

PERNICIOSA CONSVETUDO. CAP. LIII.

Perniciosæ consuetudinis hominem indicaturus quispiam, Caprimulgum avem pingat: ea enim inter capras familiariter versatur, appetitque earum ubera fugere: quod cum fecerit, uber extinguitur, Capra, ut ajunt, excæcatur.

DE TURDO.

SUIS ARTIBUS ELUSUS. CAP. LIV.

Hominem qui technis & commentis, consiliisve, aut artibus propriis elusus malè perierit, & cui dicitur, in laqueos quos tetenderat, incidit, ostendere qui volunt, Turdum viscatae impio-  
*κίχλα* tum virgulæ pingunt: quandoquidem, ut inquit Plautus, *ipsa sibi avi mortem cacat*: viscum enim  
*κίχλα* non provenit, ait Plinius, nisi maturatum in ventre ac redditum per avium alvum, maxime Palumbium & Turdorum. Apud Irenæum legas quid huic rei simile, de iis qui in eligendo sibi malo sunt  
*τῆ κακῶν.* procliviores, & adversa mox quæ in se ipsi contrahunt, Deo imputant, cum nihil aliud sit, *Inducere*  
*Turdus ipsi* Turdus ipsi cor Pharonis, & Excacare oculos populi apud Deum, quam gratiam suam quæ se large volentibus infundit, à prave & iniquè agentibus avertere. Nam simulac quis Deum dereliquit, quæ bona sunt  
*casat, Meminit Ser-* asperratus, amissa Spiritus gratia, omnibus inde afficitur incommodis, viam rectam non videt, &  
*sim 6.* contumacem se opponit ad admonitiones, nullo pollet animæ sensu, ut sciat reprobare malum, &  
*En, & A-* eligere bonum. Ita dicimus eum à Deo excacari, & obdurari, quemadmodum Solem occidentem  
*vis, lib. 9. de* recessu à nobis noctem facere: cum alioqui nihil à Deo nisi bonum emanet, quemadmodum à Sole  
*nat. anim.* semper lumen & calor.

SURDITAS. CAP. LV.

Turdo sur-  
ditas. Zeno-  
do 111 ex  
Euclidi Dio-  
nyso.

Alioqui Turdus surditatis indicium est, cum omnium avium eo plurimum incommodo laborare Turdum, manifestum habeatur, accedit hic, quod proverbium *κίχλης κωφότης*, de loquacibus, qui loquentes alios pati nequeant.

DE